UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Verbo Dei Libri Tres

Helm, Heinrich

Coloniae, 1560

VD16 H 1736

Verbum Dei uitam dat gratiae & gloriae. Caput LX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30114

Visual Library

Luc.8. Verùm, multi ſunt, qui verbum Dei libenter & cum gau-
dio ſuſcipiunt & audiunt, ſed non cuſtodiunt, fructum e-
Rom.2. ius in patientia non adferunt. Similes Iudæis & phariſæis,
Ioan.7. qui gloriabantur in lege, legem docebant, & nullus eorũ
legem ſeruauit. Horum ego verbi Dei auditionem, & illo
Pro.28. rum qui aurem ſuam obturant & auertunt, ne verbũ Dei
Pſal.94. audiant, iuxta æſtimo. Nã ſicut ij nõ intrãt in requiem do
Luc.6. mini, & oratio eorũ eſt execrabilis, ſic & illis dicturus eſt:
Matt.7. Neſcio vos, & vapulabunt multis: Scientibus namq; bonũ
Iacob.4. & non facientibus, peccatum eſt illis: ſicut ſeruo malo, pi
Matth.25 gro & inutili dixit in euangelio.

Verbum Dei mundat. Caput LIX.

A SExtò, mundat peccatores ab omni inquinamento mẽ
2.Cor.7. tis & corporis. Expurgat omne vetus fermentum ma-
1.Cor.5. litiæ & nequitiæ: lauat ab omni malitia corda eorum qui
Hier.4. illud audiunt & cuſtodiunt, & ſuper niuẽ magis alba red-
Pſal.50. dit ea, iuxta illud iam vos mundi eſtis: propter ſermonem
Ioan.15. quem locutus ſum vobis. Sed & quod maius eſt, à peccatis
1. Ioan. 3. præſeruat, iuxta illud: Omnis qui natus eſt ex Deo, non
Luc.8. peccat: quoniam ſemen eius (quod eſt verbum Dei) ma-
net in eo, & non poteſt peccare, interim quod ſemen ver-
Ephe.5. bi in eo manet, & cuſtodit illud opere & veritate. Hinc ite
rum dicit apoſtolus: Chriſtus eccleſiam mundat, lauacro
aquæ, in verbo vitæ. Sic mundatus fuit Matthæus & Za-
chæus: Nam ad vnam domini vocem reſipuerunt à Dia-
boli laqueis: & Chriſtum quocunque iuit ſequebantur,
Apoc.14. ad vnum ſermonem Petri apoſtoli in die pentecoſtes, tria
Act.2. milia, compuncti corde ſunt & loti in ſanguine agni à pec
Apoc.1. catis ſuis in baptiſmo.

Verbum Dei uitam dat gratiæ & gloriæ. Caput LX.

Septi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SEptimò, vitam gratiæ largitur, qua iuſtus in fide A
filij Dei viuit: & fructificat Deo. Sic ille ad cor redi- *Abac.1.*
ens, poſtquam à mortuis exurrexit: teſtatur dicens: Elo- *Rom.11.*
quium tuum viuificauit me. Et iterum in ęternum nó ob- *Gal.2.*
liuiſcar iuſtificationes tuas: quia ipſis viuificaſti me. Hoc *Pſal.118.*
modo: filius iunior, mortuus erat in delictis & peccatis ſu *Luc.15.*
is: Sed quando ad cor redijt, verbum Dei ſecum reputauit
reuixit ex ui verbi: Amen dico vobis, dixit æternum Dei *Ion. 5.*
verbum caro factum, quia venit hora & nunc eſt, quando
mortui in peccatis, audient vocem filij Dei, & qui audie-
rint (aure corporis, cordis & obtemperationis) venient in
me, vite vera & fructum eius facient in patientia. Et iterũ, *Ioan.15.*
Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Et *Ioan.6.*
diuus Petrus iſta coufirmans, ait: Verba vitæ æternæ ha- *Ibidem.*
bes. Quia viuus & efficax eſt ſermo domini, &c. Sic Deus *Heb.4.*
cibat electos ſuos pane vitæ & intellectus. Quia lex Dei *Ecci 15.*
vita animæ eſt. Confirmans iſta omnia, dicit: Si quis ſer- *Prou.3.*
monem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in æter- *Ioan.8.*
num. Ergo qui mortem expaueſcitis & vitam nunquam
finiendam concupiſcitis: verbum Dei audite, cuſtodite
& facite. Quia qui verbum meum audit (dicit Chriſtus cũ *Ioan.5.*
duplici iuramento) & credit ei qui me miſit: habet vitam
æternam & in iudicium non venit, ſed tranſiet à morte in
vitam veram, vbi mors non eſt.

Verbum Dei ſanctificat. *Caput* LXI.

OCtauò, ſanctificat communia, profanata & polluta, A
dicente Apoſtolo: Omnis creatura Dei bona eſt, & *1. Tim.4.*
ſanctificatur per verbũ Dei & orationẽ. Sic Moſes taber- *Num.7.*
naculũ, & Salomon tẽplũ Dei & atriũ ante tẽplũ ſanctifica *2. Par.7.*
uit. Sic Chrs vna & altera vice, panes & piſces qb' ſaciauit *Matt. 14.*
 turbas, *& 15.*